

92 CHYMICOR. PRINCIPI.

tuerit, vsum & exercitium distillandi
abfuisse Hippocrati, non item funda-
menta eius, modumve operationis.

*2. de med.
fac. 16. c
18.*

Audacter ergo Cæsalpinus affirmat,
eam ipsam veteribus quoque perspe-
ctam & cognitam fuisse, pisselæi & ce-
drini olei exemplis: quæ dicit, tum fie-
ri Dioscorides, quando expansa su-
pra cortinā vellera, dum pix vel cedriæ
coquitur, frequentibus halitibus ma-
descunt & exprimuntur. Picis nimirum
confectio, ea specie distillationis absolu-
uitur, quæ per Descensum vocari solet:
dum obstructis spiraculis, ne pereat o-

*9. de histor.
plant. 3.*

pus picis, vt Theophrastus loquitur, ex
struetædarum cōcifarum defluit. Quod
si iam perpendamus id, quod apud A-
ristotelem legitur, quæcunq; ex vapore
concrescunt, non redire *εἰς τὸ αἴραντον*, ad
pristinam scilicet naturam: vt vinū qui-
dem sit ex vino, sed non aqua: ea nimi-
rum, quæ vino in vaporem soluto con-

*An non ar-
dentis aquæ
notitiā ha-
buerit Ari-
stoteles?*

crescit: haud operosè colligimus, præ-
clarum Philosophum, ardentis aquæ,
quam profert distillatio, notitiam ali-
quam habuisse. Quo alio modo quis
existimet, ex sale oleum, quam destilla-
tione